

regi Boemiae duci Cracouiae et Sandomeriae marchionique Moraviae principi et fratri nostro karissimo ac heredibus eius, prout in litteris inde confectis et dictorum episcopi et capituli sigillis munitis plenius continetur, ratam et gratam habentes ei nostrum benigne praestamus assensum et ordinamus atque statuimus, ut dicta civitas, quam ad preces dicti regis regno Boemiae harum serie unimus et unitam esse volumus ad regnum ipsum de cetero debeat perpetuo pertinere. In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri et sigillo maiestatis nostrae iussimus communiri. Datum in Nuremberch anno domini millesimo ducesimo nonagesimo octavo X°. Kalendas Decembris duodecimae indictionis, regni nostri anno primo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Siegel des Königs an Fäden von rother und gelber Seide.

Sommersberg Sil. rer. scriptor. I. p. 947. — Mencke scr. rer. Germ. III. p. 1741. — Lünig cod. Germ. dipl. I. p. 979. — Ludewig rell. mss. XI. p. 336.

No. 329. 1299. 18. Jan.

*Probst Dietrich trifft über sein sämmtliches Besitzthum letztwillige Verfügung, wobei er zugleich noch einen zweiten Altar mit einer Vicarie in der Domkirche stiftet.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum nihil certius sit morte et nihil incertius hora mortis, secundum legitimas sanctiones et propter dubios et incertos eventus et impiam debilitatem humanae naturae mors, quae nulli parcit, modo inopinato sua celeritate hominem exanimem facere consuevit. Ne eius celeritas me Theodericum, praepositum Budesinensem et canonicum Misnensem praeoccupet, et non dispositis rebus meis viam universae carnis ingredi faciat intestatum, sancti spiritus gratia invocata meum testamentum condo et facio per modum inferius annotatum, eligens testatores et testamenti mei executores dominum Petrum decanum, magistrum Conradum cantorem, canonicos ecclesiae Misnensis, dominum Sibothonem plebanum de Jochgrim et dominum Petrum, Misnensis ecclesiae perpetuum vicarium, quibus omnibus et singulis cedo actiones meas contra omnes debitores exigendi et repetendi debita mea. Similiter annum gratiae praebendae eis committo, ut de omnibus et singulis ordinent et disponant pro remedio animae meae, quidquid eis videbitur. Nihilominus in persona propria, quae sequuntur statui et legavi: primo omnium non obstante vicaria per me constructa in honore sancti Laurentii et sancti Nicolai in ecclesia Misnensi in sinistra parte monasterii, quam contuli domino Petro capellano meo, ad quam vicariam assignavi et contuli omnes redditus tam argenti, quam annonae villae Zalezen circa Strele et in Coufbach tertium dimidium talentum et triginta denarios, et in civitate Misna viginti sex solidos et quinque lapides ad illuminandum altare praedictorum sanctorum Laurentii et Nicolai, nunc in honore sanctae crucis et sancti Martini aliam vicariam de novo decrevi construere, construo et construxi, cuius vicarius ad deserviendum choro Misnensi teneatur, prout ceteri vicarii consueverunt, ad quam vicariam altare construi debet in loco congruo monasterii tempore oportuno, et praedictum altare praedictus vicarius officiet, prout de hoc velit et possit domino reddere rationem et ut mei, patris mei et matris meae, Gotscalci decani Misnensis, Waltheri decani Magdeburgensis et aliorum amicorum et